# ¶ Liber Floretus

da nostra fungentes rebus eternis. vt cathenis ⁊ penis eternis erepti
post presentis vite cursum ascendere possimus sursum. ⁊ ibi deum vide
re velut felices perpetuo illic stare. Quod nobis prestare dignetur ille a
quo cuncta procedunt. Qui viuit ⁊ regnat per seculorum secula amen
¶ Nota ꝙ celum ſm philosophum secundo celi ⁊ mūdi est corpus pri
mum natura simplicissimum. incorruptibile. solidum. subtilissimū. quā
titate maximum. qualitate lucidum. dyaphaneitate perspicuum. mate
ria purissimum. figura spericum. locum supremum creaturaruȝ in se cō
tentiuum. Et diuiditur in decem celos vt visum est ¶ Cōstrue (Ce
li sunt deni) id est decem (referendi) id est declarandi (corde fideli. luna
stat primo celo. atq̃) pro ⁊ (mercurius in secundo. ac) pro et (venus stat
in terno) id est in tercio celo (sol vult lucescere) id est lucere (quarto) ce
lo (mars) ille planeta (nitet) id est splendet (in quinto. sed iupiter nitet
sexto ordine. saturnus situatur) id est ponitur (in septimo) celo (alto. re
uelo tibi stellas esse in octauo. atq̃) pro et (cristallinū celum serenum) id ē
clarum (luce stat super istos. Paradysus fulget in olympo) id est celo.
(empireo sic dicto. summo) id est altissimo (in quo) empireo (cūcta bo
na sunt inserta sine defectu. deitas trina) id est triplex in personis vide
licet (regnat hic). i. in illo celo (digna sup̱ oīa mater regina virgo beni
gna astat) id est presens est (sibi Agmina nona) id est nouē sunt (inde)
id est postea (triplici hierarchia. choros) videlicet (distinctio summa)
id est suprema (dat cherubin seraphin. atq̃) pro et (thronos). s. illos (do
minans seu ordo dominationum. princeps) id est ordo principatuum.
(atq̃) pro ⁊ (potestas simul) sunt spe (in medio) id est in media hierar
chia (virtutes archangeli. atq̃) pro et (angeli sistunt) id est stant post
priores hierarchias ⁊ ordines (homines grati deo sunt associati his)
ordinibus (iuxta). i. ſm (promerita data sibi in presenti vita) homīes
inq̃ (laudantes cetum) id est societatem (respicientes semp̱ dominum
diues honoratus tutus liber saciatur. clarus. agilis. subtilis. nō fit pas
sibilis) talis saluatus spe (cernit. atq̃) pro et (amat deum. ⁊ fruitur san
ctis. ⁊ tenet ipsum deum. gaudet sic. psallit) id est cantat. ⁊ (laudat) de
um. ⁊ (quiescit sine fine. O q̃) id est quantum (sunt ditati beati in sede
celi. Sunt honorati semper. sunt glorificati summe. Ergo poscamus
celica) id est celestia (⁊ teneamus cor sursum. rebus mundanis. atq̃) pro
et (vanis spretis. vt deus faciat nos scandere sursuȝ protectos a penis
atq̃) pro et (cathenis post cursum mundi. ac) pro et (videamus semp̱
ibi eum. velut) id est sicut nos (optamus) ille (Qui) scilicȝ deus (das
cuncta bona det nobis hec dona pia) Amen.

¶ Explicit liber floretus
Sancti Bernardi

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-183/0102
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG